

bus a cellararia partiantur. Expleto cibo finiatur et lectio. Surgentes a mensa, dicto versu, sinister chorus antecedit^a, sequantur puellae cum magistris, post dexter chorus, novissima domna abbatissa, psallendo psalmum quinquagesimum, distincte et non festinate^b, usque¹ in oratorio^c sequatur oratio dominica et collecta. Deinde cum silentio pausent in lectis suis, et forte que voluerit legere sic legat, ut aliam non inquietet, nec exinde pro qualibet re quepiam exeat, nisi licentiam a priore acceperit. Agatur autem (fol. 100') nona temperius² et deinde cimbalo percusso properent in refectorium^d et a septimanariis^e coquinae praeteritae ebdomadae aqua in calicibus misceatur; sibi^f quoque invicem propinent et sic vadant singule ad sedile suum. Deinde signo a priore dato unaqueque ex emina vini quod de mensa reservaverit bibat^g. Cum autem surrexerint, dicat prior: 'Sit nomen Domini benedictum'; respondeant ex hoc: 'Nunc et usque in saeculum'. Tunc item dicat prior: 'Benedicamus Domino', respondent^h: 'Deo gratias'. Post hec venientes in claustraⁱ versa facie ad orientem se in circuitu vertant et percusso ter cimbalo dicat prior versum: *Deus*³ *in adiutorium*, tribus vicibus respondentibus sororibus, postea orationem dominicam et: *Adiutorium*⁴ *nostrum*; tunc dicat: 'Benedicite', respondent: 'Dominus'. Et si aliqua negligens est, increpabitur. Deinde singule ad opus suum pergant. Cum autem aliqua a conventu se separaverit, dicat: 'Benedicite' et, cum se iunxerit, similiter agat; et semper, quando aliqua de quacumque priore se separat, dicat: 'Benedicite' et, cum se iunxerit, similiter. Egrediens^{k.5} de domo aut de conventu dicat¹: 'Benedicite'; quando^m aliquid inchoat, dicat: 'Benedicite'; etiam si solaⁿ sit, dicat^o: 'Benedicite', quia Dominus ubique praesens est

quam fratres veniant aut sedeant, a cellario unicuique fratri partiantur et statim post alium cibum illa ad mensam adiuncta comedantur. Quo expleto finiatur lectio et' B. a) 'antecedit — quinquagesimum] exeat prior ordinate, dexter vero posterior, novissime autem domnus abbas psallentes psalmum: 'Miserere mei, Deus, secundum' et caetera' (Psalm. 50, 3) B. b) 'festinate] festinanter' B. c) 'oratorio] oratorium' M. d) 'refectorium] refectorio' M. e) 'septimanariis] septimariis' M. f) 'sibi] si' M. g) 'bibat] bibant' M. h) 'respondent] r.' M. i) 'claustra] claustris' M. k) 'Egrediens] Egredientes' B. l) 'dicant' B. m) 'quando — Benedicite' desunt B. n) 'sola] solus' M. B. o) 'dicat Benedicite' desunt B.

1) 'usque in refectorio — iunxerit similiter' aus unbekannter Quelle.
 2) Vgl. Reg. Bened. c. 48. 3) Psalm. 69, 2. 4) Ibid. 123, 8. 5) Zu 'Egrediens — postulanti benedictionem' vgl. Mem. Bened. p. 68.